

oort

introrsus ad cor non redeant. ac se se in amore conditoris
 desiderio, uinculis non adstringant. & manus ab eo quod age-
 bat deficit. & lingua ab eo quod loquebatur arefcat. sed in seipso
 ad amorem redeunt. et hoc quod in publico operantes atque
 loquentes fundunt. in secreto suo de fonte amoris hauriunt.
 Amando enim discunt. quod docendo proferunt. Ad locum ergo
 de quo exeunt flumina reuertuntur ut iterum fluant. quia aqua
 sapientie seipso inde hauriunt unde oritur. ne cum cucurre-
 rit exsiccet. Per omne ergo quod agimus. ad fontem ueri luminis
 sollicita mente redeamus. Reddamus creatori nostro gratias de
 bonis quae accepimus. et ei cum isaia propheta supplicium dicamus.
 Omnia opera nostra. operatus es in nobis. Bona enim nostra. ei si opa-
 cuius uisceribus non sufficit ut nos erigeret. nisi et semetipsum
 pro nobis inclinaret. Si enim coeternus patri deus ante secula non
 fieret homo in tempore. quando homo temporalis saperet
 eterna. Descensio ergo ueritatis. ascensio facta est humilita-
 tis nostrae. Denique ergo ei gloriam. denique laudem. quae uiuit cum patre in
 unitate spiritus sancti deus. pro omnia secula seculorum. Amen. *Expt omib. iiii. Incip. v.*

Tenebrosa aqua in nubibus aeris. quae obscura est scientia
 in prophetis. Sed salomonis uoce attestante didicimus.
 gloria regum. celare uerbum. et gloria dei est inuestigare sermonem.
 Quia et honor est hominum. eorum secreta abscondere. et gloria
 dei est. mysteria sermonis ei aperire. Ipsa autem per se ueritas
 discipulis dicit. Quae dico uobis in tenebris. dicite in lumine.
 id est aperte exponite. quae in allegoriarum obscuritatibus
 auditis. Magnae uero utilitatis est ipsa obscuritas eloquii dei.

Hay.

ad.

sat

Eug.

¶ ualitate obscu-
 ritatis eloquii dei.